

A tem. Eius filius Duncanus, paternis infitens vestigiis, Anguliam plurimis affectu incommodis, Raberto III. regnante: Vvalterium Ogilay Vicecomitem Angulianum cum amicis filii que ac magna militum multitudine obvium cecidit. A Comite Craufordia fugatus. H. Boerlib.6.

Insignis latro Examites, natione Boemus, Hussitarum afecla, sub Sigifmundo Imperatore milites pradandi cupidus undecumque ad se venientes benignè collegit, eosque fratres appellavit, & universam Hungariam trans Danubium (Septesium vocant) tributariam sibi reddidit, exedificatis munitioribus locis opportunis, pradas in sine cuiusque mensis viritum dividens. Ex quibus non plus accepit, qui totum mensum, quam qui diem unam ante divisionem in castris fuit numero fratrum adscriptus. Hac societas cum longè latèque rapinas ageret, & jam quinque millia pugnatorum in armis haberet, in diebus crederet, non aliter dissipari potuit, quam duce ipso Examite ad stipendia Ladislai regis vocato. *Annus Sylv. c.1. Europ.*

Nobilis quidam Boemus Hussitarum sectæ, ingressus monasterium Oppatovitium, hospitioque cum tribus comitibus à Petro Abbate benignè exceptus, tres mox alios induxit, ac deinde viginti simul pradones, dato illis negotio, ut obvios quoque monachos trucidarent: adhibita insuper seni Abbati crudelissima tormenta, ut thesauros monasterii proderet. At ille nullum omnino verbum per cruciatum emisit. Qua re exasperatus immanis hospes, in omnia loca oculata invadit, armaria refringit, cyllas recludit, & quidquid in illis aurea, argenteaque monetæ inerat, id totum diripit. Mox donario perquam opulento impias manus admoveat, signaque inde & calices & cruces, atque alia hujusmodi utensilia ex auro, & gemmis pretiosa, plaustris imponit, secumque advecta domum asportat suam. Trigesies festertium aestimata fuerunt bona illa ablata: Ipsi quoque Abbati vitam abstulerunt. *Dubravus lib.3.*

Paulo ante Sigifmundi Boemæ regis mortem Joannes quidam Robacius, vitio optimo genere, at pessimo ingenio, non longè à Cuthnis montibus, in edito colle castellum erexit, quem montem Sion appellavit, aguratus ex eo, quandoque loco promanaturam esse veritatem, que Boemicam gentem in libertatem vindicaret. Quum ceteri proceres, audito Sigifmundi Imperatoris adventu, Iglaviam cum universa nobilitate proficiscerentur, ut eum pro dignitate exciperent, hic domo remansens pradæ exercebat. In festis finitimos, & regem demùm læcifer non veretur. Boves ac vina, que ex Hungaria ad Imperatorem advehebantur, intercipit, formidolosa reddit itinera. Ad hunc latronem expugnandum Henricus Pracon à Sigifmundo missus, quum menles quatuor castellum natura, & arte munitissimum oppugnasset, capto tandem Rebaco, ceterisque latronibus, expugnavit. Cum his etiam Hussitarum antistes captus est, qui sacris apud eos operabatur. Pragam perducti, omnes laqueo enecti sunt, duo & nonaginta numero. *Bonfin. lib.3. dec.3.*

JOANNES GUSCA Boemorum latronum (qui ab Elizabetha Ladislai Posthumi matre contra Uladislavum Polonum introducti, superiori Hungaria latrocinii infestam reddebant) princeps, postquam in magnas angustias ab Matia Corvino Hungaria rege redactus se confexit, armis saltem se impetrare posse diffidens, per litteras culpam ingenuè fassus, fidele quoque obsequium in posterum D pollicitus, veniam precatus, impetravit, & duo insuper oppida cum quinque, & viginti aureorum millibus à rege dono accepit. Telephus autem alter latronum princeps fatus, & fugatus, in Boemiam reversus, cum datam nemini fidem præstulisset, eò miseram redactus est, ut in foro sportulam circumferret, & vix quandoque obulum haberet, quo ad popinas paululum carnis emeret. *Bonfin. lib. 10. dec.3.*

CHRISTOPHORUS SAFRENECIUS nobili genere ortus, & non contemnendis opibus præditus, facta manu perditorum hominum sub Casimiro rege, anno 1480. vias publicas infestabat, mercatoreque Cracovienses complures copiosos, & honestos, Lublinum ad nundinas proficiscentes diriperat, & trucidarat. Hac de causa proscriptus, & cum procriptionem contemneret, circumventus, & captus, Cracoviae jussu regio capitali poena affectus est. *Crom. lib.21.*

ERICUS TRAX, qui piraticam multos annos exercebat, plurimaque damna Venetis hominibus intulerat, quòd ex Africa veniens naufragium ad insulam fecerat, captus à Me-

liis (ad quorum insulam Melum paucis antè diebus Pisaurus Venetæ classis contra Bajazetem Imp. se contulerat) à Pisauri Venetæ classis præfecto, propterea quòd is aliquot ante annos civem Venetum Ambrosium Contarenum Francisci filium, cum quo mercaturæ societatem inierat, nihil ab eo mentem, cum ejus navi per insulas contra justitiam religionem apud Theoloniam à se captum, igni excruciatum necaverat, vivus exustus est. *Bembus lib.6. Venetæ hist.*

MENALDUS GUETRA Cantaber, pirata immanis, ex arce portuque Ofsiensis subvectiones in insulas velis sublatis, ut Populus Romanus multarum rerum vinique præsertim inopia premeretur, & advenæ Hispani ac Ligures, crudelitatem Barbari timentes, aliò cursum dirigerent: nam ut quodque navigium quis Ofsiam adegisset, nisi nauta sese diripiendos capiendoque continuo demissis velis sublatis, que remis ad ripam aris subiectam siserent, coniectas ex propinquo tormentis decederentur. Nec adeo multum abfuerat, quin Pontificis tresmires incaute ad annis fauce provecas intrecerent, ut certe demergeret. Eum tandem Gonfalvus Magnus, ab Alexandro VI. pp. ad ferendam opem vocatus, vicum vincuntium Pontifici tradidit. *Idem in Gonfalvo.*

Paulus Catinensis pirata monachus factus. *Idem in Tit. Monachorum Christianorum.*

HORUCIUS BARBARUSSA, & Haridenus, parte Græco, absque eo Mahometis secta secuto, in insula Lesbo geniti, quum inopia domi ferre non possent, arrepta biremes, spes suas omnes mari commiserunt, sese Camali archipirata in disciplinam tradentes. Sub hoc Camale Horucius, qui uti natu major ad se Ducis nomen traheret, cum Harideno multa pradæ multique servis atque navigiis adauctus, ac demum Africa in societatem minoribus piratis, prædandum in Mauritaniam pervenit. Eo tempore Algeri regulus cum fratre armis de imperio contendebat. Hic quum Numidas equites, qui hodie Arabes appellantur, pretio sibi in auxilium accivisset, alter oportuno nova gentis adventu magno perè lætatus, pecunia cum Horucio transiit, ut se defendendum susciperet: paucisque diebus Horucius cum valida manu sclopatoriū, quibus præcipuè Numidæ terrentur, eo impetu gessit atque coniecit bellum, ut Turcatum nomen cum Numidis tum Mauris omnibus terribile esset. His rebuscum, repente hostis factus, Algeri regno potius est: & finitimum quoque regulum, Circello imperantem, vi dolique aggressus expulit. Inde mare undique infestum reddebat, & in mediterraneam cum expeditis cohortibus evagabatur, ita militiæ munera cum fratre alterna sorte partitus, ut nihil terra marive pacatum relinquere. Bugeam magno apparatu invadentem dextra manus tormenti icu abrepta est: inde ferream bil fecit, qua ad cubitum religata, multis in præliis postea feliciter est usus. Multa interim præclara contra Hispanos gessit. Ad extremum immodice spei plenus, quum Tremisii regem, amicum sociumque à Carolo V. Imp. appellatum, regno expulisset, immineretque Orano, Portuicæ magno, que Hispanorum præsidii tenebantur, Ponica simul & Christiana arma adversum se concitavit. Eo bello superatum, & fuga in solitudines evadentem, Hispani Martique equites consecuti, cum paucis ex familiaribus interfecerunt. Horucii caput in Hispaniam transfusum, circumlatumque in lancea, populis, præsertimque martium insignem attulit lætiam, quòd sublato prædonum rege, diu exoptata securitas litoribus reddita videretur. Sed Haridenus quoque spiritui, neque bellica laude Horucio inferior, acclamantibus militibus Imperium susceperit. Is non modo Regni, sed artium cognitionumque omnium, que in fratre eximia fuerant, hæres factus, adoptativusque etiam in fratris cognomen, ad Imperium totius Africae aspiravit. Vocatus inde ob nominis celebritatem à Solimanno Byzantium, tribus Bassis quartus addi meruit, & Roscerem, Mulcais Tunetani regis fratrem, reducenti specie, reverè autem regni Solymanno acquirendi gratia classi præfectus, Mulcalem imperatum Regno expulit, eoque portus, propter rei navalis peritiam à Solymanno Amiras declaratus, purpuratorumque collegio additus est. *Idem. lib. 33. Hist.*

HABIDANUS Snyrnaeus archipirata, cui Cacciadiabolo cognomen fuit, Portumduum Hispanicæ classis præfectum ad Colobertiam insulam cum octo turribus vicit, & interfecit. Cujus victoriæ spolia cum Barbarula Constantiopolim misisset, tum primum in clarecere cepit. *Idem.*

HAIDANUS Snyrnaeus archipirata, cui Cacciadiabolo cognomen fuit, Portumduum Hispanicæ classis præfectum ad Colobertiam insulam cum octo turribus vicit, & interfecit. Cujus victoriæ spolia cum Barbarula Constantiopolim misisset, tum primum in clarecere cepit. *Idem.*

HAIDANUS Snyrnaeus archipirata, cui Cacciadiabolo cognomen fuit, Portumduum Hispanicæ classis præfectum ad Colobertiam insulam cum octo turribus vicit, & interfecit. Cujus victoriæ spolia cum Barbarula Constantiopolim misisset, tum primum in clarecere cepit. *Idem.*

A Sinæ pirata, cognomento Judæi, triremium præfecti, filius Tuneti captus, quando Barbaruffa à Carolo V. regno pulsus est, Appiano linc insule, & Populini regulo servit, & factis Christianis initiatus, Barbaruffa à Gallis evocato, qui Turcica efficit Italicum litus deprædabatur, insula vastationem minanti, redditus est. Hunc adolescentem Barbaruffa honoris causa septem triremibus præfecit, sic ut postea mitteretur tanquam postliminio redditus ad patrem Sinam, utteret à Sveciam Rubri maris portum, Memphi urbi propinquissimum, qui antiquitus Arinoes fuit. Ibi enim Sinas, propter navalis disciplinae peritiam, ædificandæ adducendæque in Indiam classi adversus Lusitanos à Solymanno fuerat præpositus. Verum serpens inexpectatam singularitatem ex recepto filio lætiam diu sustinere non potuit, quum præ gaudio supremam animæ deliquium incurrisset. Erat Sinas ipi Barbaruffa opinione virtutis ferè par, & ætate æqualis, prudentia vero æquitateque iudicii facili superior, vel ipso captivorum testimonio, qui cum Barbaruffa, uti sæpè itacundus, atque acerbissimo, mitiorem dominum experti fuissent. *Jovius in histor.*

B Anno 1509. cum pirata quidam Gallus, nomine Mondragonum, navem ex India venientem cepisset, & Emmanuel Rex Lusitanie per legatum suum de hac injuria apud Gallie Regem conquisitus fuisset, & navem cum opibus, que in eam fuerant impositæ, sibi frustra restitui postulat: quatuor naves parari jussit, quibus Odoardum Paciecum præfecit. Is vero quæ celeritate potuit in Mondragonum invehit, qui, in ora Calliæ, ubi Finem terre nominant, offendit, qui certamen minime detrectavit. Fuit utrinque acerrima contentione dimicatum. Paciecum tamen navem unam pirata depressit, & tres cepit, ipsamque piratam vinculum ad Emmauelem traxit, qui cum omnia, que ceperat, restituisse, fidemque dedisset se fore semper Regi Emmaueli decessurum, neminemque Lusitanum injuriam deinceps illaturum, custodia liberatus, in patriam reverfus est. *Ofor. lib.6. rer. Emman.*

VERTICILLUS famosus in campania, quum exul præteriti malefici veniam à Philiberto Aurtatio Caroli V. Cæsaris exercitus Imp. impetrasset, Cæsaris milites Neapoli à Gallis, & Venetis obsecratos, invecito multo pecore, mirificè adjuvit. Ei siquidem fastuosus, & nemorosus locus astutus, notissimi erant obliqui tramites, quibus Campana, suburbanaque præsertim ad incertum iter obita est, etaque ita familiaris vicis atque oppidis, ut quo bonum jugis ager araretur, in numerato haberet, solertissimèque invidiosus, unde maxime nocere cuperet, quum volebat, pradam abigeret: supra adeò feliciter vitatus aut deceptus Gallis, ut una nocte supra centum boves Neapolim perduceret, & usque ad belli exitum nihil industriae suam, uti pollicitus fuerat, usquam remittens, sæpè juxta hostium castra impunè prædaretur: sic ut Gallis frustra indignantibus magno detrimento foret, & Cæsarianis singulare commodum attulisse diceretur. Sed hic confectio demùm bello ita inexpectatum ejus beneficii præmium tulit, ut à Prætoribus Capuz, viro Hispano, & ut plerumque fit, ejus spoliis inhiante comprehensus, in furca suspendere: iusta quidem veteris malefici poena, sed omnino iniqua, si recentis publici beneficii memoria spectaretur. *Idem. lib.26. Hist.*

Impostor Eremita, Fracti montis Helvetiorum incola, qui miram sanctimoniam, & scelerum suorum penitentiam aliquid annis simulaverat, Lucernam veniens, à vidua quadam hospitiis exceptus, eam vel libidinis velavaritæ nomine aggressus est. Illa exclamante accurrit juvenis domesticus, quem incautum enchiridio Eremita confodit. Vidua elapsa facinus nefarii hominis in platea divulgavit. Rusticus irumpens in cubiculum, ab eodem exceptus necatur: mox etiam honestus civis cum famulo. Supervenere alii, qui cautores aliorum facti periculo, armis aggressi occiderunt. Ille concidens, hoc unum locutus est: *letz, habichs uff der raschen. Stempflus in Helvetia.*

Paulus cognomento Sutor, Basileæ natus & educatus, in pago quodam Solodurensium ditioris extoriam exercens, abjectissimum hominum, cum otio, & conversationi improborum se dedisset, neque ob paupertatem virtus suis indulgere posset, rem selesitam commentus est. Erat quidam senex Basileæ librorum compactor, Andreas Hager, qui Paulum ex sacro fonte levavit, & ejusdem tutelam, mortuis parentibus, pietate motus susceperat. Eum clam intulit, & domum compilare constituit. Itaque Nonis Februarii anno Christi 1563. summo mane ab ancilla nihil mali à do-

L. B. T. beati. vit. Humari. Tom. II.

metico suspicante intronissus, in lecto decubentem Andream, annis atque morbis confectum, de adventu & uxoris liberorumque valetudine amicè interrogantem, malleo interfecit. Satam Falckisiam, Andream affinem, que pridie ejus diei Joan. Hospiniano Philosophia doctoti desponsata fuerat, & senis domum sola regebat, strepitu auditu accurrentem, malleo eodem prostravit, strenuèque reluctantem cultro librario jugulavit. Mox scrinia omnibus reteratis, pocula aliquot argentea, & pauculos numos, seu sua multum frustrata, secum abstulit. Tegendi sceleris causa, hypocaustum incendit: sperans fore, ut oborto incendio domus cadaveribus configaret. Verùm cum incendium in tempore à vicinis extinguitum fuisset, cadavera duo miseris modis lacera fuere inventa. Ille, diris ultricibus exagitatus, cum interdu scelerum conscientia iter facere amplius non posset, in pago vicino deprehensus, & Basileam adductus, ut & latrocinii, & furti, & incendii poenas lueret, rotæ, crucis, & ignis supplicio vivus affectus est. *Prid. Cal. Martii.*

THOMAS RODOLPHUS Scahusiensis, ex eorum numero, qui ementito studiosorum titulo disciplina prætextu suæ Familiam quærent intertæ, cum observasset Jo. Schuanfelderum cum uxore Francofurtum abiisse, propter Sprendelingum, pagum vicinum, cujus Ecclesiæ Joannes præerat petit, eundem cum amicis hospitibus paulo post affuturum fingit, ancillam piscium afferendorum causa ablegat, filiam ejus Ameliam blandis verbis vinum sibi asserre jubet. Illa parris adventum expectandum esse dicente, ira percitus, cultrum ab ea flagitat, pomi decorticandi causa. Eo accepto, puerum quadrum Joannis nepotem jugulat. Ameliam opem ferre conantem, septem vulneribus conficit. E fuga retractus à rusticis, Offenbachii in arcem ducitur, latrocinium fateatur: notu mira ratione solutus vinculis, cum nullibi pateret exitus, in Comitibus, qui tum peregrè aberat, cubiculum se insinuat, ibique per duos dies later, scrinia compilat, de florenis in sacco ad subiectam Meni ripam præcipit: ipse alia ex parte per funem nauticum, qui fortè clatriss erat alligatus ferreis, delapsus, Francofurtum repetit. Ibi à rusticis cognitus, à magistratu captus, 22. Feb. anno Christi 1570. ignitis laceratus forcipibus, rotæque supplicio est affectus.

LATROCINIA PUNITA. *Idem. Vide ex loco de Poena & Punitioe.*

Latruncolorum Ludus. *Idem. Vide infra Ludus.*

Lavare, Lotrices, &c. *Idem. Quare in loco de Operis Mechanicis, Purgarices. Idem. Vide etiam locum de Lustratione. Lavare pedes. Pedilavium. Idem. Vide locum de Pedibus.*

LAUS.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA. **L**aus, Græcè *ἑὸν*, vel *ἄλως*, & *ἑὸν*, vel *ἀγνὸν* laudo dicitur. Est autem laus sermo elucidans magnitudinem virtutis, secundum Arist. l.1. & 3. Rhetor. & B.T. h. super P. 17. col. 3. Dicitur autem à laudo, quod aliquando significat, verbis extollo. *Horat.*

Laudantur alii clarum Rhodan, aut Mirylenem. Aliquando idem quod nomino. Plaut.

Id ut scias, lovem supremum testem laudo.

Unde illaudatus, qui ne nominari quidem dignus est, hoc est, illaudabilis. *Virgil.*

Quis aut Euriscedurum, Aus illaudati nescit Bufiridis aras?

Quidam tamen putant, laudo verbum à Laus derivari, nomenque ipsum dici *ἄλως*, hoc est à populo, quòd proprie laus sit vox populi de aliquo rectè loquentis.

Laus & laudatio sic differunt, quòd laudatio est oratio ipsa laudantis, laudes continens ipsius laudati: Laus vero est virtus ipsa non aliunde proveniens, sed suis nixa radicibus. *Virgil.*

Primam meruit qui laude coronam.

Laus Hebr. *ἑὸν*, *Tebillab*: in Plurali *Hillulim*, *Tebillim*, *Tebilloth*, laudes à verbo *Halal*, Gloriatum est, & in 2. conjug. *Hillel*, laudavit clara voce, glorificavit. Cognationem habet *Halal* cum *Zala*, ulterius promovit: nam laudate est aliquem ulterius promovere fama, prædicando ejus virtutes. Hinc *ἑὸν*, *ἑὸν* divulgo laudes alicujus vocem clata. Item, *Halala-Iba*, Laudare Dominum.

Eec 3 *LAUDA.

LAUDARE FACTA PROPRIA.

S. PAULUS Apostolus, dum Ephesum venisset, convocatis majoribus nati, in suas laudes protulit, easque commemorat, inquit S. Chrysolomus, summa cum modestia, non sui commendandi gratia, sed vel purgandi a calumniis, vel alios instruendi, vel denique ut dictis suis pondus adderet, & auctoritatem. Auctor. cap. 20.

Quin & alias coactum id facere, ut minus sapientem profiteretur. 2. Corinth. 11. & 12.

Idem fecisse Samuelem 1. Reg. 12. Davidem, ibid. cap. 17. Job frequentissime, constat; idque sive ad criminationes propellendas, sive ex causa paulo ante infinnata.

Scriptit Plutarchus librum, quomodo citra invidiam se quispiam laudare possit; ac permittit id in iudicium vocatis, periclitantibus, infornatis, & injuriam passis ab ingratia. Item honestam illius causam assignat imitationem, exhortationem, contentionemque auditorum. Deinde ad subijciendum contumacem, & improbum; denique id permittit illi, qui virtutem simul, & gloriam habet: laudatorem sui temerarium, vocat impudentem, cum laus proprio in ore sordescat: iniquum, quod sibi attribuat, quod ab alio accipiendum erat. Basilus appellat facilem, quia debitam Deo largiori gloriam sibi vendicit. Legatur S. Bernard. tract. de gradibus humilitat. cap. de laudantia.

Quum pro recto opere laus transitoria quaeritur, aeterna retributione res digna vili pretio venundatur. Greg. in Pastorali.

Laus in nobis referatur ad ipsum laudabilem universorum autorem, & largitorem, non sicut, quemadmodum ab hypocritis, non sola consuetudine, sicut a secularibus, non necessitate quadam, ut iumenta ferendis oneribus applicantur; sed sicut decet sanctos, syn. ceritate fida, devotione sollicita, hilaritate grata, sed non dissoluta. Bern. sup. Cant.

Extrema dementia est, nulla imminente necessitate rerum, & necessitate violenta, propriis laudibus velle decorari. Non est secundum Deum loqui: indicium est potius istud infamiae; hoc enim omnem nobis necedem evacuat. Chrysol. de laud. Pauli Hom. 5.

LAUDATI QUI, ET A QUIBUS?

Apopulis.

Phocion dicenti quum populus Atheniensis praeter morem alacribus studiis assentiretur, conversus ad amicos: Quid hoc, inquit, est rei? numquid imprudens perpetam aliquid dixi? Plut. in Apopht.

Antisthenes apud Laetium, quum dixisset quispiam, Nulli te laudant: Quid, inquit, mali feci?

PANATHENAEUS Atheniensium quidam ultima senectutis, cum spectatum ludos in theatrum venisset, eumque nemo de civibus seorsum reciperet, ad Lacedaemoniorum legatos forte pervenit: qui hominis aetate moti, canos ejus, & annos assurgendi officio venerati sunt, sedemque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt. Quod ubi fieri populus aspexit, maximo plausu alienae urbis verecundiam comprobavit. Ferunt, tunc unum de Lacedaemoniis dixisse: Ergo Athenienses quid rectum sit sciunt, sed id facere negligunt. Val. l. 4. c. 5. & Plut. in Lac.

Tibicine olim laudes fortium virorum decantabant. D. Eras. in Adag.

Mutuo laudantes.

Non aliud est hodie populi de sacris concionatoribus iudicium, quam quod Plinius aetate sua de recitatoribus fuisse scribit. Si quando transibis, inquit, per basilicam, & volens scire, quomodo quisque dicat, nihil est, quod tribunal ascendas, nihil, quod praebes aurem: facilis divinatio, scito eum pessime dicere, qui laudabitur maxime. Quapropter Socrates in Critone Platonis, illud in primis vult esse sapienti fixum decretumque, ne quid opinione vulgi commoveatur, imò suspicatum habeat, quicquid senescit vulgo vehementer arridere. Eras. in Ad.

Fabulam memorat Horatius de duobus Fratribus, qui se mutuum scabebant; ac mutuo officio alterum alter vicissim essebatur laudibus:

Frater erat Roma consulti rhetor, ut alter Alterius sermone meros audiret honores, Gracchus ut hic illi foret, hic ut Mutius illi. Eras. in Adagius.

CUR.

Ob Fortunadinem.

Apud Graecos, qui rem strenue gessissent in bello, oratione quampiam aut carmine laudabantur: quae laudatio proprie encomium dicitur. Eras. in Adag.

Antalcidas, cum Sophistes Herculius laudes recitaturus esset: Quis, inquit, eum vituperat? Plut. in Apopht.

Eloquentiam.

M. Cicero Platonis dialogos ita scriptos affirmat, ut Jupiter non aliter fuerit locutus, si loqui voluisset.

Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium, ut Phidias signum, simul aspectum, & probatum est a pop. Rom. Is. L. Crasso & Q. Scævola. Coll. primum in foro dixit, & apud hos quidem consules, & quum eorum, qui adfuerunt, tum ipsorum consulum, qui omnes intelligentia antebant, iudicio discessit probatus. Unde viginti annos natus erat eo tempore. Eras. in Ad. ex Cic. Orat.

QUOMODO. PER TESTIMONIA HONORIFICA, PRÆCLARA. ITA LAUDATI.

Rhetores.

Leofthenem, proditum memoria est, cum magnitudinem, vim atque splendorem Demofthenis in dicendo satis mirari non posset, solum ex Oratoribus dixisse, Animatas planè, non maleo cūas, id est, orationes, orationes exhibuisse. Cal. lib. 5. cap. 13. Antiq. lect.

Poete.

Homeri praclarum est encomium apud Pindarum Ode 7. Nemeorum, quando inquit:

Εὐὰ δὲ πᾶσι θεοῖσιν ἱεροῖσιν Ὀδυσσεύσιν, ἠὲ Πηλεΐδῃ, διὰ τὸν ἀδελφεὸν ἦν δὲ Κλυτῆρος. Ἐπει δὲ Ἰδδῆϊον οἱ ποταμὸν μαχαρῆ Σαυῶν ἐπέσιτι, σοφία δὲ Κλέϊπτε παραφύσσει μῦθος, τὴν δὲ δ' ἴχθυ, ἠὲ τὸν ἴμυθ' ἀδῶν οἱ πᾶσι θεοῖσιν.

Equidem majorem arbitror sapientiam Ulyssis, quam te ipsa fuerit, propter suavitatem factam esse Homerum. Quandoquidem mendacis ejus, & desiderabili arti ejus quaedam adest gravitas. Sapientia verò suffragatur (mentem nostram) fabulis persuadens. Cecam enim gerit mentem pars mortali plurima.

De eodem quoque Manilius lib. 2. — cuiusque ex ore profuso Omnis perferat latice in carmina duxit, Annemque in tenues ausa est diducere rivus, Pius sacunda bonis.

Cicero tanti Euripidem fecit, ut ad Tyroneum scribens dicitur, singula Euripidis verba singulas sententias continere, citans hunc ejus senarium, ἄλλο δὲ διὰ τὴν γρητὴν ποικιλίασιν. Varro Musas, Epy Stolonis tententia, Plautino dicitur termonem locutus fuisse, si Latine loqui voluissent. Calvus lib. 6. c. 17. Antiq. lect. ex Quintiliano.

Cum M. Tul. Cicero quosdam versus P. Virg. Maronis ex Bucolicis recitari audivisset, carminis majestate motus, dixit: Spes altera Romae (sibi primas tribuens) quod hemistichium ipse mox in Aeneida suum transtulit. Gyrard. Dial. 4. Hist. Poet.

HIER. FRACASTORIUS Veronensis, medicus, & poeta insignis, Syphilida (hoc est, morbum Gallicum) aeterno carmine decantavit, tanta omnium admiratione, ut cum Neapolim ad Jacobum Sanazarium transfuga essent a Petro bembio Card. Sanazarus ipse (Hippolyto Medice Card. & Jo. Bapt. Montano, acri Fracastorii aemulo, magnaque nobilitate munito praesente) hunc unum esse confessus sit, a quo non Pontanus modo, verum etiam ipse accurata carminis dignitate, viginti annorum lima ac labore perpoliti, esset victus.

Musici.

Aeneas Chorodidascali encomium Pindarus Ode 6. Olympiorum celebrat praeclearis epithetis:

Εὐὶ δὲ ἄγχαλ' ἱπδῶς ἠὲ ἴκων σὺντάκῃ μισαῖ, γυκὸς κρητὴρ ἀγαρδύτων ἀνδῶν.

Est enim nuncius rectus comptarum Musarum scyala, dulcis crater bene sonantium carminum.

Quae verba Quintil. lib. 10. cap. 1. Instit. in Ciceronem transfert, inquit: Non pluvia, ut ait Pindarus, aquas colligit, sed vivo gurgite exundat, dono quodam providentiae genitum, in quo totas vires suas eloquentia experitur.

Historici.

Historici.

HERODOTUS Halicarnassens, cum Jonica lingua historiam in Samo insula composuisset (patria extorris, propter Lygdamis tyrannidem, qui nepos Artemislarum regum fuit) eamque in frequenti Graecia convenit Olympiorum recitavit, sic placuit universis, quasi Musas loquentes audirent; ideoque libris, qui novem sunt, Musarum novem indidit nomina. Auctor vita. Floruit anno ab Urbe condita 400.

T. Vespasianus Imp. Fl. Iosepho Judaeo veritatis testimonium dedit, cum è follis illius de bello Judaico libris homines cognitionem earum rerum petere voluit, & propterea sua manu subscriptos in bibliotheca publicati jussit. Iosephus in sua vita.

Philosophi.

Democritus, cum ignotus venisset Athenas, colloquio de philosophia cum Socrate habito dixit: Hic philosophus similis est pentathlo: quod calleret naturalia, moralia, mathematica, ad haec disciplinas quas ἑκωνδῖος vocant, denique omnium artium peritiam. Laertius l. 9. c. 7.

Athenienses de Zenone Cittiae tale fecerunt decretum.

QUONIAM ZENO, MNAEII F. CITTAECI, septuaginta annos in civitate philosophicè versatus est, atque in omnibus vir bonus esse perstitit, ac juvenes, quid illum didicissent causa convenirent, ad virtutem, & frugalitatem exhortando, ad ea que sunt optima, convertit, vitam suam verbis ac doctrinae suae consentaneam exemplar omnibus proponens: bona fortuna visum esse plebi laudare Zenonem Mnaeii F. CITTAECI, & aurea corona ritè ac legitime ornare, propter singularem ejus virtutem, & temperantiam. Praeterea construxere illi etiam sepulchrum in Ceramico publicè. Coronae autem faciendae ex didicandique tumuli, plebsjam quinqve viros ex Atheniensibus eligens, qui curam habeant, decretumque hoc, scribam plebs inscribere columnis duabus, licereque sibi alteram in Academia, alteram in Lyceo ponere. Sumptus verò columnarum distribuere eum, qui negotiis praestet. Ut omnes intellegant, Atheniensium plebem viros bonos, & vivos & defunctos honorare. Laert. l. 7.

Quod de Scipione Africano juniore dixit Cato, id ipsum & de Chryssippo Stoico pronuntiavit quandoque comperimus. ἄλλο μὲν ἴσμεν, τὸ δὲ οὐκ αἰσθάνομαι, cujus est illud Celogium quoque: Ni fuisse Chryssippus, porticus non esset. Calvus lib. 26. cap. 22. A.L.

PHILIPPIUS Macedonum rex, nato Alexandro, ad Aristotelem scripsit: Non tam se suscepit filio letari, quam quod Aristotelis natu aetate, ab eo posset ita erudiri, ut dignus Macedonico regno evaderet, majore spe in ejus institutione posita, quam vel in regno, vel in ceteris, qui tunc viverent, philosophis. Fulg. lib. 2. c. 5. Plato, quum forte in auditorium venisset, nec adesset Aristoteles discipulus, succlamavit, ἄλλο μὲν ἴσμεν ὅτι τὸ ἀνδρῶν ἄλλο μὲν ἴσμεν, ἢ τὸς ἄλλο μὲν ἴσμεν. Non venit intellectus. Quin, ut auctor probat Philosophum, illius sedes non aliter ac Lectoris aedes vocabatur. Calvus lib. 29. cap. 8. A.L. & Eras. lib. 8. Apopht.

PORPHYRIUS Tyrius philosophi Christianis insensissimus sub Juliano, cum de conubio poema composuisset, & illud Plotinus audivisset, ad eum conversus: Offendisti, inquit, Porphyri, te simul & poetam summum esse, & Philosophum.

PYTHAGORICUS Numenius, quem Origenes admiratus d' adeo est, ut philosophis ferè anteponebam omnibus censuerit, quum Moaisca, & Platonica expendisset mysteria, affirmavit, Platonem videri profurum Moysen alterum, Aetico eloquentia divinitatis arcana rimantem propandentemque. Calvus l. 30. c. 37.

Theologi.

S. ANTONIUS de Padua. Vide Tit. sequenti, §. Eloquentie.

S. THOMAS Aquinatem, magnum illum Ordinis Dominici Solem, Theologum & Philosophum eximium, cui è cetero testimonium datum est, quod bene scripserit, Innocentius IV. Rom. Pontifex hoc elogio celebravit: Qui S. Thomam impugnavit, semper fuit de veritate suspectus: & qui eum tenuit, nunquam invenitur a tamite veritatis deviasse. In ferm. Ecce plus quam Salomon hic. Scripta quoque ejus, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficultes adeo excellunt, ut eo eam causam Doctoris Angelici appellationem fuerit consecutus. Breviar. Rom.

MICHAEL BAYUS Atho Hannoniae oppido oriundus, Theologiae in Academia Lovanienf Doctör, & Professor, tan-

L. B. T. theat. vit. Human. Tom. IV.

tae exitit eruditionis, ut sua aetate inter summos Theologos E-

summus haberetur, eoque nomine ad commune illud orbis Christiani sacrum, Concil. Tridentinum, a Philippo II. Hispaniarum Rege ablegaretur. Cum verò paulo post, Cardinalis Toletus mandata quaedam Romani Pontificis ad eum deferret, ejusque omniscientiam cum eximia animi submissione conjunctam deprehendisset, Romam reversus, hoc elogio apud Pontificem decoravit: Quod nihil doctius, nihil etiam humilius Michaelae Bajo unquam vidisset. Franc. Suvertius in Bibliotheca sua Belgica.

Magi.

Habuit Ihs Romae templum, quod solum in urbe Aegyptius sacerdos purum se reperisse dicebat, quum Plotino sua- sisset, illic secum accederet, familiarem sibi demonem eo advocante confestim inspecturus. Cui quum esset obsecutus facile Plotinus, quumque in aspectu demon accerteretur, pro demone accessit Deus. Quo factum est, ut exclamaret Aegyptius, Beatum esse Plotinum, qui haberet pro demone Deum. Calvus l. 5. c. 12. A.L.

Republica.

Thebanis cum Atheniensibus dissidentibus, cum Pinda- rus quodam suo carmine scripsisset, ἢ τὰς ἀπορίας μὲν γὰρ οὐκ ἴσμεν: ἄλλο μὲν ἴσμεν, hoc est, O infelices, & magna urbs Athenae, a civibus Thebanis magna pecunia multatus fuit. Quod ubi Athenienses resciverunt, auri tantumdem ei restituerunt. Cum item alias fulcimentum ac sustentaculum Graeciae Athenas appellasset, hoc est, ἑστῶσαν ἀδῶναι, Laco- nem tum quendam statim subintulisse, citò Graeciam funditus ruituram, si hujusmodi, inquit, fulciatur sustentaculo. Gyrard. Dial. 9. Hist. Poet.

De Lacedaemonis Leuctrica clade fractis, Leprinae dictum, τὴν δὲ ἀδῶν ἀνὲρ ἐπὶ τῶν ἰσοπέδων ἰσοπέδου, id est, Graeciam factam unoculam. Quin & Pompejus Trogus, Athenas Spartamque ceu duo Graeciae lumina celebrat miraturus. Cimon verò Atheniensis hortabatur, ne Graeciam negligerent ἡμεῖς μὲν γὰρ ἰσοπέδου, Sparta percunte. Celvus lib. 18. cap. 2. A.L.

CINEAS Pyrrhi legatus, dum Romae agit, curam dicitur intendisse, atque elaborasse, ut mores Romanorum videret, & reipub. consideraret disciplinam. Qui postquam in colloquio venit cum proceribus, retulisse cum alia Pyrrho, tum dixisse, Senatorem sibi multorum regum visum concilium. De plebe, G vereri se ne cum Lemae quadam hydra videantur pugnare, quippe duplo majores, quam antè, copias conscripsisse Levi- num consulem, tantumque numerum identidem superesse Romanorum, qui arma ferre valent. Plut. in Pyrrho.

Imperator Constant. urbi Romae jam propior, Senatus officia, verendaeque Patritiorum effigies ore sereno contem- platus, non ut Cineas Pyrrhi legatus, in unum coactam multitudine regum, sed mundi totius adesse asylum, concipiebat animo. Fuit qui & imperii, & virtutum laudem esse Ro- mam pronunciat. Calvus l. 18. c. 25. A.L.

Pontifices.

ARISTOBULUS, Alexandri F. Pontifex ab Herode creatus, annum egressus decimum septimum, sacris juxta legem operaturus, ad altare ascendit ornato pontificali, ceremoniaque decenter tractavit. Ipse eximia forma, & statura quam pro aetate procerior, tota facie generis dignitatem praefertens, convertit in se multitudinis oculos simul, & studia, reputantis secum etiam avi Aristobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu, paulatim se aperiebant, consuli nimio gaudio, nec continentes faustas voces, ac comprehensiones, licentius H quam sub tali rege decebat, preferentes debitam familiae beneficiorum tum memoriam, tum gratiam. Haec omnia per- pulerunt Herodem regem Judaeorum, ut eum è medio tollendum curaverit. Ioseph. l. 15. cap. 3. Antiq.

Reges, Principes.

TRAJANO Imp. tantum delatum est, ut scribit Eutropius, ut non aliter principibus in Senatu acclamatum sit. Ne sis felicior Augusto, melior Trajano: tantum bonitatis obtinuit. Sabell. & Cyprian.

De Severo Imp. forti, nec Rom. Imperio inutili, illud Senatus judicium extitit, Oportuisse Severum aut nunquam nasci, aut nunquam mori. Sab. l. 5. Einn. 7.

ATHALARIUS Gothorum rex, Constantinopolim veniens, ideo prius cum Theodosio I. federe, acceptus benignè est. Ceterum magnificentissimum urbis apparatus intuitus, angustam domum, obsequiaque circa principem, & officia, Haud dubie, inquit, deus terrenus est Imperator, cui si quis vim intenderit, confestim sui felicitis luat pœnas necesse sit. Sab. lib. 9. Einn. 8.

Ecc 4

FRIDE-

A ANTIGONO contra Cleomenem circa Sellaciam pugnante, Philopemenes Megalopolitanus advertens, non magni esse negotii levem armatam opprimere, idque ipsum tempus suggerere, demonstravit primam rem ductibus regis. Quos cum non adduceret in sententiam suam, sed fastidiret pro infans, quod auctoritatem ad tantum imperatoris artis consilium hand dum magnam, neque satis insignem obtineret: cum globo civium suorum fecit impressionem, & hostem superavit, ut ne semur quidem utroque jaculo armentato transfixus, a pugna cessaret. Obtena victoria, Antigonus tentandi gratia quaesivit ex Macedonibus, quid equitatum nondum dato ab se signo immisissent? quibus invitos se affirmantibus, quod juvenis Megalopolitanus occupasset invadere hostes, commissos cum iis fuisse: At ille juvenis, inquit, magni Imperatoris perpetravit munus. Inde jure fuit Philopemenes in honore. *Plut. in Philop.*

Pelinenfes Boemi, cum Hussitarum obsidionem fortissimè pertulissent, a Cesare Sigismundo diploma tulere laudis & gratiae plenum, in quo ad contemptum hostium hoc epitheton adjectum est: Hoc nomen, Pelsina, in faucibus haereticorum perpetuo amaretur. *Dubran. lib. 27. Justitia.*

B FABRICIO duce belli adversus Pyrrhum designato, cum regione castra haberet exercitus, quidam noctu per occasionem cum adit, se veneno Pyrrhum necaturum pollicens, si pecunia daretur. Quem Fabricius ob id facinus profusus, vinum Pyrrho remittit. Quod factum is admiratus, exclamasse fertur: Unus Fabricius is est, qui difficilior sua virtute dimoveatur, quam Sol a consuetudo suo currit. *Suidas.*

Inter Nerone & Thraseam graves intercedebant inimicitiae: verum cuidam criminose jactanti de Thrasea, dicentique, causam ab illo perperam esse judicatam, obstitit Nero exclamans: Utinam me tam Thrasea diligat, quam est judex rectus & aequus. *Tacitus.*

C DIADUMENUS Antoninus, Opili Macrini Imp. F. juvenis speciosissimus fuit, ita ut Romae in circo ei acclamaretur Maronis illud: Egregius forma juvenis, cui pater hand Mezentius esset, detestantibus omnibus non minus Macrini crudelitatem, quam Diadumeni formam commendantibus. *Capit.*

Tradunt, Delphos venienti ad oraculum Herculi Amphitryonis filio, Xenocleam Dei interpretem responsum dare reculasse, quod caede Iphyti erat pollutus. Tunc itaque sublatum è templo tripodem, Herculem foras apportasse: ipsam vero interpretem ex tempore dixisse:

Hic Tyrannus Alcides, non ille Canobus.
Nam & ante Aegyptus Hercules Delphos venerat. Sed Amphitryonis filius Apollini tripode reddito, quicquid voluit, a Xenoclea didicit. Hinc poeta sumpto argumento, fabule mandarunt Herculis cum Apolline de tripode pugnam. *Pausan. in Phocis.*

D Felicitatis.
Ilium profectus Alexander Macedo, Achilles statuum coronans: O te felicem, inquit, Achilles, cui vivo talis amicus, mortuo talis contigerit praeco; de Patroclo loquens & Homero, quorum ille fidiissimus Achilli fuit amicus, hic defunctum Iliade tota celebravit. *Cicero pro Archia.*

A QUIBUS LAUDATI.

A Deo.
Præclarum testimonium, quod Christus Optimus Maximus Joanni Baptistæ dedit, Prophetam majorem inter mulierum natos non fuisse. *Matth. 11. Luc. 7.*

Intelligentis.
GREGORIO Pontifice Maximo (qui unus ex columnis est Ecclesiae Christi) dum facta faceret, & juxta ritum ad plebem conversus, Pax Domini vobiscum, diceret: Angelica vox cunctis audientibus respondit: Et cum spiritu tuo. Exinde mox inolevit, ut Pontifici ea verba repenti, nihil à clerico respondeatur: ut scilicet dignum se exhibeat, cui Angeli respondeant, non homines. Praestare enim ceteris vitae sanctitate debet, qui praestat officii dignitate.

Hofibus.
Beda Venerabilis presbyter, cum cæcus Ecclesiam ingressus à quodam per joenum audisset, populum concionem expectare, suggestum ascendit, nemineque presente, cum benedictionem dedit, saxa visa sunt respondere, Amen.

Prophetis.
CHRISTUM natum Virgo Maria, ne legem Moyses prætermittere videretur, purificationem sumptura, licet intacta & incorrupta lustratione minime indigeret, ad templum ducit. Eum Simeon vir justus, & singularis religionis, in unis retinens, divino numine afflatus, regem suum & Salvatorem professus est. *Platina.*

Vatibus.
LYCURGUS Lacedæmonius, cum Delphos ad oraculum proficisceretur, statim ut attium ingressus est, Pythia sic cecinit, teste Herod. lib. 1.

Ἦκεν δὲ λυκὸς ἄνθρωπος πρὸς Πύθια νῆος, Ζωὴν οἶσθε & πάντων Ὀλοῦντα Σοῦματ' ἔχον· Δίξο' ἢ σὺ δὴν μάρτυρος, ἢ δὲ ἀδρα, Ἄν' ἔτι & μάλλον δὴν ἔσπομας δὲ λυκὸς.

Cum Pindarus per totam Græciam magna esset fama celebritate, ad gloria fastidium eundem exivit Pythia vox, qua Delphi jussi sunt æquam omnium, que Apollini deferrentur, primitiarum partem Pindaro tribuere. *Paus. in Boet.*

SOCRATES, Apollinis oraculo sapientissimus fuit judicatus, propter id unum fortasse, quod se nihil scire profiteretur: E Chærephonti enim oraculum consulenti, Pythia respondit: *ἀδρῶν ἀπαύτων Σοκράτης σφραγισθῶ.* Quo tamen ipso testimonio in maximam invidiam vitum sanctissimum demon astutissimus conjecit, & simul constantiam illius ac integritatem labefactare conatus est, ut tanta laude tumidus, ex vero philosopho ambitiosus & arrogans sophista efficeretur. *Laert. lib. 2. Athen. lib. 5. c. 13.*

Principibus, Regibus.
DARIUS iudicio, nemo Persarum Zopyri, Megabyzi unius è septem F. præstantia facta supergressus est: neque eorum, qui prius, neque eorum, qui posterius extiterunt, præter unum Cyrum: cui nullus unquam Persarum fuit dignum, qui illi compararetur, existimavit. Ferturque Darius hoc dictum se penumerò usurpasse: Malle se, Zopyrum nihil esse claudis passum, quam viginti sibi Babylones acquirit. *Herod. l. 3.*

Republica.
DARIUS è Scythia fugiens, per Istrum & Bosporum Tracium, in Asiam navibus ipse transivit, relicto in Europa exercitus duce Megabyzo Perfa Zopyri F. cum xxx. millibus militum: cui Darius aliquando hunc honorem habuit, ut cum aliquando punicum malum aperuisset, & G. interrogaretur à fratre Artabano, nunquid tantum hominum sibi optaret, quantum illic esset acinorum: respondit, se præoptare tot sibi esse Megabyzos, quam Græciam subditam. *Herod. l. 4.*

Historicis.
GORDIANUS Imp. expeditione Persica feliciter confecta, omnia Senatui perscripsit, eaque Mithreo viro doctissimo ac eloquentissimo (qui idem Timocles dicebatur, vir modestus & frugi) præfecto & fecero accepta retulit. Ob qua: Senatus Diis supplicationes, & Gordiano triumphum decrevit, & Mithreo currum triumphalem, & titulum magnorum honorum, cum his verbis: Mithreo eminenti viro: parenti principum: pratoris totius orbis: tutori Reip. p. q. r. vicem reddit. *Cyp.*

Historicis.
IOSEPH. l. 18. c. 18. Antia. sub Tiberii imperio: Fuit, inquit, eidem temporibus Jesus, vir quidam sapiens; si tamen virum eum nominare fas est: erat enim mirabilem operum effector, ac hominum doctor, eorum maxime, qui quæ vera sunt, libenter audiunt. Hanc ob rem multos tum ex Judæis, tum ex gentibus sibi adjunxit. Christus hic erat. Hunc autem cum Pilatus, à principibus nostræ gentis instigatus, in crucem agendum censuisset; non tamen hi deservere, qui eum ab initio dilexerant. Eisdem præterea die tertia post mortem vivus apparuit, quemadmodum divinitus inspirati propheta, & hæc & alia de eo innumerabilia miracula futura esse prædixere. Perseverat & usque in hodiernum diem celebre Christianorum nomen ab ipso sumptum: perseverat & genus. Idem quoque Josephus, Joannem Baptistam verum prophetam, & ob eam rem ab omnibus in pretio habitum, iussu Herodis, magis Herodis filii, paulo ante mortem Christi cæsum fuisse affirmat in castello Machabæa: non quod sibi & regno timeret, ut idem ait, sed quod ab eo severè reprehensus fuerat, qui Herodiadem Agrippæ sororem, ac Philippii fratris viri optimi uxorem, incestis nuptiis sibi conjunxisset.

Hofibus.
Post Leucticæ victoriâ cum Epaminondas in festo agmine Spartam contenderet, Agefilus Rex incedentem in prima acie

acie Epaminondam ut vidit, perdit illum intuitus, aciemque ab eo nusquam desectens, hoc unum dixit: O hominem magnificum! *Plut. in Agefilo.*

PHILIPPO Macedonum Rege mortuo, Alexander Magnus regnum adeptus, ad subigendos Persas in Asiam transiit. Alter autem Alexander, Molossus cognomine, in Italiam venit, cum Romanis bellum gesturus, nisi morte sublatus fuisset. Dicebat autem, se ad Romanos ire quasi in *ἐπιπρωτο*, Macedonem esse ad Persas, quasi in *γυμνασίο*. *Gell. l. 17. cap. 21.*

PYRRHUS Epirotarum Rex in Italiam profectus, ut intellexit, in propinquo Romanos esse, & ultra Lirin annem castra ponere, excurrit speculandi causa ad annem. Ubi ordinem, stationes, digestionem eorum & figuram castrorum contemplatus est, obdormit: appellansque unum ex amicis, qui proxime astabat: Ordo hic, inquit, Megacle barbarorum, non est barbarus: facta ipsa experiemur. *Plut. in Pyrrho.*

Tra. & Capum Græchos, vel mordacissimi aliâs & inimicissimi non sustinerunt dicere, quin præclarissimam omnium Romanorum ad virtutem indole fuerint, educationemque & institutionem habuerint eximiam. *Plut. in vitis.*

Quando Q. Fabius Max. Tarentum proditione cepit, Annibalem ferunt, raptim agmine facto, quinque milia tum à Tarento abuisse, ac propalam dixisse: Et Romani suam Annibalem habent: eadem qua ceperant ante Tarentum, amissus. Conscitè verò privatim apud amicos tum primum sustinuit, jam pridem græve ipsi fore se animadvertidè, nunc verò impossibile, ut præsentibus subsidiis domet Italiam. *Plut. in Fabio.*

P. Scimon. Carthag. & Numantia: everforis funus, ut omni studio celebrarent, Q. Metellus ipse inimicus filios vehementer hortatus dicitur, atque ita testatur, fore ut majoris viri exequias visuri essent nunquam. *Sab. lib. 1. En. 6.*

Mahometus II. Imperator Turcorum, voluit se palam laudari, cunctisque summis Imperatoribus ac regibus, quotquot sunt aut fuerunt ipsam gentium, gloria anteponi: Mathiam Hungariæ regem solam excipere, quem etiam nomine strenui Principis honorabat. *Cyp.*

QUANDO, UBI.

C Antiquis mos fuisse videtur, ut in comotationibus aliquorum, etiam viventium laudes dicerentur. Quenammodum apud Platonem Alcibiades Socratis encomium refert, & apud Plut. Alexandrum Magni laudat Calisthenes. Ejusmodi verò laudes non admodum speciose videbantur, ut inter pocula decantate. Hinc *Proverb.* Non quæ laudari, ne in convivio quidem. *Erasm. in Adag.*

QUOMODO.

Acclamatione, Applausu.

Vide Titul. Acclamare. quatenus laudem junctam habet. Illic nota Perturbatio: hic Honoris testimonium perpenditur.

L. PAULUS Æmilii Censor creatus, ubi in eo magistratu plurima, & quæ maximi momenti erant, composuit, incidit in mortuum initio accipitem, sed tractu temporis innocuum, difficilem tamen & pertinacem. Postquam de consilio medicorum navigavit Eleam oppidum Italiae, atque illic in prædis maritimis multumque tranquillè longo spatio egit, requiescit eum populus Romanus, voceque in theatris crebras emisit, velut gensiens & avens eum conspectum. Cum autem instaret sacrificium, quod erat ei necessarium obeundum, & jam corpus suum arbitretur satis firmum esse, regressus est Romam: atque illa facta cum alii facerdotibus circumfusio & clarissime gratulante populo peregit. Post die iterum Diis pro incoluntate sua sacrificavit. Rei divina operatus, domumque reverens decubavit, & priusquam sentiret aut perciperet valetudinis inbecillitatem, mente & ratione motus tertio die obiit: cum nullus rei, quæ ad vitam existimatur pertinere, exors aut exerts fuisset. *Plut. in Paulo.*

COMMODUS Rom. Imperator, certamine defatigatus, è poculo ixtoris fur dulce vinum frigidum strenuè bibebat. Eapropter omnes strenuitatem ejus admirati, id quod in convivio solet, acclamantur *Comus*, id est, Vivas. Sunt qui in malam partem interpretentur, Vixit, hoc est, excedas è vita. Est proinde amphibologica precatio, ut hoc qui dicit, non tam bene precetur, quam excretur. *Suidas.*

Praconis voce.
PHARAO Josephum curru imponi, & ante eum proclamari iussit, Flecite gentia, ob somni interpretationem. *Gen. c. 14.*

MARDOCHÆUS Judæus gratitudinis ergo, quod Assuero Persarum Regi infidiatores vite per Estherem detexisset, regia veste indutus, aureo torque donatus, equo infensus, ab Aman Regis intimo amico per urbem Susas circumductus est proclamante, Sic honorabitur, quem Rex honorare voluerat. *Ezth. 6. Joseph. lib. 1. c. 6. Artia.*

Athenis lex jubebat, ut si quis coronaretur in senatu, in senatu præconium fieret: si verò à populo, in concione. *Alex. l. 5. c. 8.*

Cantu, Hymno.
Consule Tit. Cantare. Illic Affectus, hic Honor, ipsius affectus comes, perpenditur. Aristoph. in tabula, cui titulus *ὄρχηστῆς*, sic loquentem introducit:

Ὅδ' ἀπὸ τοῦ ποτὸς τῶν Ἀρμῶν ἄρτα. id est, Nec unquam apud me carmen Harmodium canet. Interpretes indicat cantilenæ genus fuisse, quod in comitis F. cani consueverit in Harmodium & Aristogitonem, quod hi Pisistratarum tyrannidem suffulissent. Ejus carminis hoc erat initium, *φίλτατος ἄρμῶν, ἔταπε τῶν δαίμων*, id est, Charissime Harmodi, haudquaquam mortuus es. *Suidas, ad Diogenian.*

T. Quinctio Flaminio liberatori suo hymnum instituerunt Chalcidenses: cujus cantilenæ finis hic est: *Ἰλῆα σὶ δὲμ ἄλλοις Ῥωμῶν ἰδὲ νῆαμ Ἰνῆα, ἵερὰν δὲμ εὐκαίρων Μῦσα, Ῥωμῶν, Τῆρον quoque, Ῥωμῶν σὶ δὲμ ἴσῃσι, Ἰο Παῶν δὲμ ἰνῆα.* *Plut. in Flaminio.*

De bellis & victoriis Germani solebant rhythmos componere, eosque cantare. Carolus Magnus hujusmodi aliquot colligi, & literis mandari curavit. *Cheron. Hofst. lib. 1.* Gothi præclara majorum gesta in carminibus, patrio sermone comprehensa, in convivii, ut juvenitum ad virtutem excitarent, frequenter concinebant. Quæ tandem, ne avi vetustate aboleri possent, rupibus & saxis insculperunt. E quibus non parvam scribendæ historiæ materiam Joannes G. Magnus se desumpisse fateatur.

Inscriptio varia, tum

Montium.
Apud Blekingiam Danie regionem, à meridiano mari in deserta Verunbia, petrosa porrigitur semita, quam binæ lineæ exiguo discreta spacio protrahit in longum ductibus amplectuntur. Inter quas medium complanatum factis ad legendum figuris undique exaratum conspicitur. Quod licet admodum inæquale existat, ut modò montium alta discendant, modò vallium ima penetret, eodem tamen tenore literarum vestigia servare deprehenditur: quatum sensum Rex Valdemarus, S. Caputi F. cognoscere cupiens, misit qui rupem permeantes, parentium illic characterum seriem indagarent, ac postmodum virgulis quibusdam sub, istdem formarum apicibus adnotarent. Cæterum, quod calatura partium ceno interlita, partim atrita esset, nihil certi colligi potuit. *Saxo l. 1. Id. l. 7.* Haraldum Regem Haldani patris res gestas illic inscripisse testatur.

Templi.
SIMON Dux & Pontifex Judæorum, quò pacatior ejus fuit principatus, quam fratrum, eò quoque amplioribus honoribus à populo Judæorum affectus fuit, ut plebiscitum de ejus rebus gestis & honoribus in tabulis æneis incisum, in celeberrimo loco templi omnibus spectandum propositum fieret. *1. Machab. 14.*

Gymnastii.
Traditum posteris mos est, quo fama perpetuitati consulere, ut Victorum nomina, qui Olympicis ludis palmam tulissent, in Olympico gymnasio concisberentur, præter statuas, quæ erigebantur. *Pausan. lib. 6.*

Marmorum, Arcuum.
Q. FABII MAXIMI, inventum Arcu egiogii in Epigr. Urbis. Q. Fab. Maximus dictator bis, Consul v. Censor, Interex h. Ed. Cur. Q. u. Trib. Militum, Pontifex, Augur, Primo consulatu Ligures subegit, ex eis triumphavit. Tertio & quarto Hannibalem, compluribus victoriis ferocem, subiequendo coarctavit. Dictator Magistro equitum Minucio, quo populus impetium cum dictatoris imperio adæquaverat, exercitum pro-

A profugato subvenit, & eo nomine ab exercitu Minuciano Paier appellatus est. Consul quintum, Tarentum cepit, triumphavit. Dux ætatis sue caustissimus, & rei militaris peritissimus habitus est, princeps in senatum duobus lustris lectus est. Livius.

Elogium T. Plautii, in agro Tiburtino, ad pontem Lucanum, supra Anienem, refertur à Georg. Fabricio in Antiq. T. Plautino m. f. Avi. Silvano Æliano pontif. Sodali Aug. III. vito A. A. F. Q. Ti. Cæsaris Legato Leg. v. in Germania, Pr. Urbano Legato, & Comiri Claud. Cæsaris in Britannia, Consuli, Procol. Asiæ Legat. Propre. Mæsiæ, in qua plura quam centum millia ex numero Transdanubianorum ad prestanda tributa, cum conjugibus ac liberis & principibus ac regibus suis transfudit. Motum Orient. Sarmatar. compressit, quamvis partem magnam exercitus ad expeditionem in Armeniam misisset: ignotos autem aut infensos P. R. Reges signa Romana adoratos, in ripam, quam tuebatur, perduxit. Regibus Bastarnarum & Rhoxolanorum filios Dacorum fratrum captos, aut hostibus ereptos remisit: ab aliquibus contra orbis accepit, per quos pacem provinciarum & continentiam & protulit. Scythiarum quoque Rege de Cheronensi que est ultra Borysthenem, obsidione summo, primus ex ea provincia magno tritici modio annonam P. R. adlevavit. Hinc legatum in Hispaniam ad Prefectur. Urbis remisit, senatus in præfatura triumphalibus ornamentis honoravit, auctore Imp. Cæs. Aug. Vespasiano, verbis ex oratione ejus Q. n. s. Mæxiæ ita præfuit, ut non deberet in me deserti honos triumphalium ejus ornamentorum, nisi quod latior ei contingit mora titulus. Prefecturæ urbis hunc in eadem præfatura urbis Imp. Cæs. Aug. Vespasiano, iterum Col. fecit.

Elogium Portii Catonis, inventum Dianii, in Hispania. Hic hostium reliquias profugavit Cato, ubi & facellum miro artificio conditum, & arcam Palladis effigiem reliquit. Pareant ergo, & noscant omnes, Senatus & Pop. Rom. imperium, Deorum numine, & militum fortitudine regi.

CN. POMPEII, Romæ in templo Minervæ prope Pantheum extat: CN. Pompejus Magnus Imper. bello xxx. annorum confecto, fufis, fugatis, occisis, in dedicationem acceptis hominum vicies semel centenis LXXXIII. m. depressis, aut captis navibus, DCCCLVI. oppidis, castellis MDXXXVIII. in fidem receptis: teris à Mæoti lacu ad Rubrum mare subactis, vobis merito Minervæ. Cum oram maritimam à prædonibus liberasset, & imperium maris Pop. Rom. restitueret, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Seythis, Judæis, Albanis, Iheria, insula Creta, Bæsternis, & super hæc de regibus Mithridate atque Tigiane triumphavit.

Elogium C. Marii Romæ, juxta trophæa Marii in Esquilino: C. Marius Col. vii. Pr. Tribunus Pl. Q. Augur. Tribun. Mil. extra sortem bellum cum Jugurtha Rege Numidæ Procol. gef. Eum cepit, & triumphans, in Jovis ædem secundo consulari ante curiam sum ducit justit. Tertium Col. abfens creatus est. iv. Col. Teutonorum delevit exercitum. v. Col. Cimbro fudit, ex eis & Teuronis iterum triumphavit. Republicanam turbatam seditionibus, Tr. pl. & Prætor. qui armati Capitolium occupaverant, vi. Col. vindicavit. Post LXXX. annum patriæ per arma civilia pulsus, armis restitutus, vii. Col. factus est. De manubiis Cimbricis & Teutonicis ædem D. Honori & Virtuti victor fecit, veste triumphali, calcis puniceis.

L. MUNATHI PLACI, inventum Cajetæ, in Campania: L. Munathus L. F. N. L. Pron. Placens Col. Cent. Imp. iter. vii. vir. Epul. triumphavit ex Rhethis. Ædem Saturni fecit de manubiis, agros divisit in Italia Beneventi, in Gallia colonias deduxit Lugdunum & Rauricam.

Statuarum, Imaginum, Consule Titul. Imaginum, Statuarum, quatenus iis Inscriptiones adjunguntur. Varias item variarum statuarum & Imaginum inscriptiones, pete ex 4. Epigrammat. Græcorum.

Cum Lacedæmonii cum exercitu profecti Delphos, restitissent civibus delubrum, quod tenebant Phocenses, confestim ab illorum discessu, Pericles admoto exercitu, reduxit e Phocenses. Cum Lacedæmonii autem, quam eis Delphi dederant, in oraculis prærogativam insculpsissent in frontem ænei lupi, accepit ipse quoque ab Atheniensibus prærogativam, eamque in ejusdem lupi dextrum latus incidit. Plut. in Pericle.

Tripodis.

Tentis honor inscriptionis inter eos, qui Barbarum debellarunt, in tripode Delphico concessus fuit, eò quod Græcis ad Salamina fugam meditantibus, certò restituerit, classem ipsorum à Peris circumdatam esse. Herod. lib. 8.

Clypei.

In prælio quod ad Thermopylas Græci contra Gallos gesserunt, ipsi Atheniensibus antecellunt Cydias, qui peradolefens ac planè verò, prima eò bello militiæ rudimenta potuerat. Ejus à Gallis occisi, cum hac inscriptione propinquum Jovi liberatori dicarunt:

Cydia erat parva hac juvenili corpore clari, Hospes, quam sacram conspicis esse Jovi: Hinc cubitum inseruit flammato corde sinistrum, Cum premeret Mauros armipotens Galatas. Livorum.

Plato fratribus suis præclarissimos commentarios suos inscribendo, eos nobiles fecit; Glauconi & Adimanto lib. de Rep. minimo Antiphoti Parmenidem. Plut. arch. de Pietate ergo fratres.

Plinius major in præfat. ad Imperat. Vespas. refert, Apionem Grammaticum à Tiberto Cæsare Cymbalum mundi confectus vocari, ob nominis, ut opinor, celebritatem, quum publicæ, inquit, famæ tympanum potius videri posset. Is Apion ajebat, eos ab se donari immortalitate, ad quos aliqua componeret. Huc Tiberius alludens, appellabat illum cymbalum mundi: quòd hominem honesta fama donaret, que per univèrsum mundum amabiliter resonaret. Plinius autem ob arrogantiam mavult illum appellari tympanum publicæ famæ, quòd famam daret potius quam honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed in æmulo strepitu. Alluisse videtur huc, quòd tympana sunt è pelle asinina. Erasim. in Adag.

Arborum, Foliorum, Pavietum, Ostrorum. Er supra xalos, id est, in ostio formosus. Deus, quoadamantur, vulgoque gratiosi habentur. Sumptum à Veterum consuetudine, qui formosorum aut amafosorum nomina, arboribus, foliis ac parietibus inscribant. è ðiva xalos. Erasim.

EMPEDOCLES, cum ad Olympia peregrinaretur, omnium oculis atque voces in se convertit. Laert. lib. 7.

Plato, cum aliquando ad Olympia descendisset, Græcorum omnium ora in se convertit: eodemque tempore Dion congressus est, contra Dionysium bella moventi. Laert. lib. 3.

THEMISTOCLES post Salaminiam victoriam contra Perfas, cuius auctor fuit, Olympico conventu totius Græciæ oculos in se vertit: tanta in uno fuit aut auctoritas, aut virtutis opinio. Plut. & Pausan. in Arcad.

Quum hi verius, quos de Amphiaræo scripsit Æschylus, in theatro recitarentur apud Athenienses: O ð ðokav εγορ, èν ðειν ðειν, Βαδύων αυλάων δία φρονίς καρπίδιος, Εξ ης τὰ κελύβη θανάτων βαδύατα. hoc est, Neque enim videri, ac esse studeo vir optimus. Segetem profundam mente studiosa colens, Consilia quando hinc germinant subbria.

Totus populus in Aristidem vertit oculos, agnoscens, hoc laudis in eum competere. Plut. in Græc. Apoph.

AGESILAUS Rex Spartanus accepto stipendio, quod sibi miserat Jachus Ægyptius, qui à rege defecerat, mer cenarium militem conscripsit: completisque navibus atque adjunctis H. consulariis Spartiatis triginta, vela fecit. Ut in Ægyptum est delatus, mox Principes præfectorum & procuratorum regionum ei honoris causa occurrerunt descendenti. Fuit item aliorum Ægyptiorum ob Agesilam nomen & claritudinem ingens studium & expectatio, concurreruntque ad eum spectandum cuncti. Ut splendorem vel apparatusum circa eum nullum conspexere, tantum senem (erat enim major octoginta annis) in herba ad litus decubentem, incomptum corpore & pusillum, horrido & obsoleto amicum pallio, libuit illis irridere eum & illudere, atque dicere, hanc illam fabulam esse, parturire montem, mox murem nasci. Multò magis insultantem ejus tum mirati, cum hospitalibus muneribus allatis & adductis, fatinam, virulos, & aseres accepit: bellaria, cupedias, uingentia reject. Cum illi insisterent, precarenturque, ut admitteret ea: ad loras ferri ea, atque his jusse dari. Pappo coronaria tamen delectatum ob coronarum simplicitatem, scribit Theophrastus, eamque in discessu petiisse & accepisse à rege. Plut. in Agesilao.

Victo

A Victo & occiso ad Mantineam Manchanida Lacedæmoniorum tyranno, fama est, ludicro Nemæorum Philopœmenem prætorum Acheorum, cum ejus celebritatis causa in otio esset, primum exhibuisse Græcis adornatam phalangem & morus edentem, ut in acie soler, compositos cum agilitate & robore: inde certantibus citatædis, in theatrum prodissse, quem juvenes stipabant lacernis militariis & puniceis, amicti sagis, cum corporibus florentes omnes, tum paræ ætate: qui singulariter ad verum Duceum reverentiam, & spiritus ex multis & egregiis certaminibus elatos præferebant: his commodam ingressis, fortè Pylæum citarethrum cecidisse Timothei Perfas, hoc modo exortum:

Libertate fru licuit tibi Græcia per quem. Grandiloquentia autem parte theatri conjectos in Philopœmenem fuisse, ac plausum editum lætissimum à Græcis, qui veterem dignitatem spe cœpiabant, & ad illos animos proximè accedebant fiducia. Pausan. in Arcad. & Plut. in Philopœm.

Stilpo ex Euclidis successibus, tantum eos cum quibus vixit celebritate superavit, ut totam Græciam in sui admirationem verteret. Nota vox ejus in Atheniensium ignobilem & intemptivè dicacem, quum ex omnibus locis factus esset concussus ad eum videndum, quòd tum primum Stilpo Athenas venisset: Mirantur, ait, omnes te, ô Stilpo, ut bellum quandam: Immo verò, inquit, non tamquam bellum, sed tanquam verum hominem. Sab. l. 2. Enn. 4.

Res à P. Scipione in Hispania gestas amplissimo triumpho dignas esse celebrat Senatus in æde Bellonæ extra urbem habitus. Sed quia nemini adhuc condecorat, ut cum proconsul & sine magistratu esset, pro rebus gestis triumphanti invehiliceret in urbem: Immo verò, inquit, nec ipse Scipio magis propter contendit, ut novo exemplo majorum sui causa commutarent. Ingressus urbem paulò post, ingenti turba populi Rom. consul declaratur. Tradunt, ratò unquam frequentiore multitudinem, non tam ad celebranda comitia, quam ad conspiciendam P. C. Scip. Romam venisse. Auctor ejus vite.

P. Scipio minor, quum jam tertius à Senatu fuisset emissus, quo, ut tradit Clitarchus, urbes atque homines ternas bene legens attas, utque gentium, civitatum ac regum inspector esset: posteaquam pervenit Alexandriam, navique egressus, capite pallio tectus incederet, Alexandrini undique accurrentes flagitabant, ut caput nudaret, faciemque id desiderantibus ostenderet; quum le nudasset, clamore & plausu testati sunt gaudium suum. Quumque Rex Alexandria vix interim ob delicias ac mollitiem corporis æquaret Romanos incedentes, Scipio voce submissa Panetio insurrexit in aurem: Jam, inquit, Alexandriam nonnihil ex nostra peregrinatione fructus ceperunt, quibus per nos contigit videre regem ambulantem. Nam Athenæus ex auctoritate Posidonii scribit, Ptolomæum perquam obeso corpore, nunquam antea pedibus ambulasse. Plut. in Rom. Apophthegmata.

CAROLO MAGNO (ubi etiam in Imperatore coronatus est) nunquam in urbe Roma, ne jura quidem terris dante, tantum exteriorum mortalium fuit. Confluxerunt ex reliqua Italia, ex continentibus regionibus, ex propinquis, ex ulterioribus, ex longinquis, ex ultimis propè oris, ad sanctam venturi Romam Caroli. Visuri erant eum cum Pontif. Max. in templo terrarum sanctissimo, in urbe terrarum parente, velut nihil majus in terris conspècturi. Continens agmen per aliquot millia passuum, variae gentes, distinctæ linguæ, multiplex ut oris, ita & vestis habitus. Edixit Leo, ut cum sua quisque gentis hominibus conglobatum turmatimque Regi occurrerent. Quequid decorum magnificentique usquam est, proferebatur. Laudes Regis omnibus resonoabant linguis. Emil. l. 3.

CÆLESTINI V. Pp. coronationi interfuisse ducenta millia hominum Ptolemæus scribit, motos novitate rei & sanctitatis viri, quòd homo eremita ad tantum dignitatis gradum non nisi divinitus proventus videretur, post tam longam elingentium contentionem in 23. mensem protractam. Platina.

VALEMARUS Danorum Rex ad Fredericum I. Imperatorem proficiscens, per Germaniam iter faciebat. Integritatis & justitiæ ejus rumore increbescerent, Germanorum mulieres parvulos suos in ejus adventum offerendos curabant, rate, & os regio contactu perinde ac caelestis aliquo beneficio feliciora nature incrementa sumpturos, ac prosperioribus educationis auspiciis nutriendos. Nec minus superstitiosi agrestes, qui jaciendorum seminum grana, quòd melius adolefcerent, dextera ejus projicienda portigebant. Saxo lib. 14.

Ostenfione.

HIER. FRACASTORIUS, medicus, philosophus & Poeta excellentissimus, in tanta fuit existimatione, ut cum Carol. V. Imp. Pescaria in Algeriam expeditionem profecturus transiret, & Fracastorius è Caphis villa sua proxima spectatum quoque descendisset, Madruus Tridentinus princeps, solum ipsum in numero aliorum turba Cæsari digito demonstravit: Hic est Fracastorius ille, inquit. Auctor vite.

DE LAUDE IMPENSÆ, ET IMPENDENDÆ.

APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

ANAXIMENES dicebat filiis: qui bono zelo ducti, bene recteque hominum facta nulla omnino laude digna putant, quem quæso fructum & utilitatem ipsis ex suis egregiè factis spectare audebunt? Stobæus.

DEMOCRITUS, rectè facta collaudare, honestum esse dicebat: mala verò laudibus vehere, adulterini ac impostoris animi esse indicium. Stob. Serm. 14.

SOCRATES, Thus Diis, inquit, laus verò bonis viris tribuenda est. Item, Defendendi sunt, qui immerentes accusantur injuriarum; laude ornandi, qui ob bonum aliquod ceteris præstant excelluntque. Stob. Serm. 1.

Quidam cum dixisset, gloriam ac celebre nomen nocere, eoque felicem esse, qui illud effugerit: Ergo (inquit Anaxandridas) si vera loqueris, qui nefaria perpetrant, felices erunt. Nam qui fieri potest, ut qui facilegium committit, aut aliud injustum facinus perpetrat, gloria curam habeat? Novavit eos, qui sic contemnunt laudem, ut inreum pro ignaviam nihil gerant laudabile: quum eximiam virtutem honesta fama committitur ultrò, ac generosis animis amor laudem veluti stimulus ad præclara facinora sit innatus. Plut.

Cum Pelcennio Nigro Imper. creato quidam panegyricum recitare vellet, Imperator dixisse fertur: Scribe laudes Matii, vel Hannibalis, vel aliuscui ducis optimi vite functi, & dic, quid ille fecerit, ut eum nos imitemur. Nam viventes laudare irritum est, maxime Imperatores, à quibus speratur qui timentur, qui præstare publice possunt, qui possunt necare, qui proficere: se autem vivum placere velle, mortuum G etiam laudari. Aelian. Spartan.

THEMISTOCLES theatrum petens, cum ex eo quidam percontaretur, cujus vocem libentius audiret? Ejus, ait, quòd sua virtus prædicaretur. Bruf. lib. 3. c. 36. ex Plut.

EUDAMIDAS interrogatus, quom ob causam Lacedæmonii, priusquam irent in prælium, Musis immolarent, cum Musis nihil videretur cum Marte esse commercii: Ut rebus, inquit, fortiter gestis, contingat honesta commemoratio. Bene gerendæ rei laudem sibi tribuebant: ut autem egregia gesta splendidis verbis celebrarentur, hoc à Musis eloquentiæ præsidibus petendum judicabant, eò quòd ipsi neglegentæ eloquentiæ studium. Simul admovebat, non expectandum honorificam memoriam, nisi rectè factis promeritam. Plut. in Læon.

ALEXINUS Sophista inter ambulandum multa mala dixit in Stilponem Megarensis. Carcerum ubi quisquam corum, qui aderant, dixisset: Atqui ille te nuper laudavit: Per Jovem, inquit, vir optimus est, ac præstantissimus. Tum faciliè ex obrectatore factus est laudator, non ob aliud, nisi quòd ab eo laudatus esset. Erasim. l. 6. Apoph. ex Plut.

ALEXANDER in Phrygiam vectus, Achillis sepulchrum natûs, coronis ornavit, felicemque Achillem vocavit, quòd vivo quidem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnam contigerit habuisse præconem, Homerum scilicet. Brufon. lib. 3. c. 36. ex Plut.

DEMOCRITUS, Rectè facta collaudare honestum, mala verò laudibus vehere, adulterini animi & impostoris esse, dicere solebat. Stob. Serm. 21.

LYSANDER, cuidam apud Lysandrum jactanti, quòd ipsum & laudibus veheret, & adversus obrectantes tueretur: Duo, inquit, mihi sunt boves ruri: & tacentibus ambobus, tamen certò novi, uter sit ignavus, uter ad laborem strenuus. Sensit veram virtutem non egere laudibus humanis, cum ipsa secum ducat suam laudem ac decus. Cæterum qui nihil gerunt præclari, his opus est præconibus. Plut. in Læon.

Quum sophista quispiam apparet recitare librum, & Antalcide percontanti, quòd esset argumentum, respondisset, Hercules in comitum: Quis, inquit, illum vituperat? Supervacaneum existimans, in eo laudando sumere operam, quem uno ore

A ore prædicarent omnes: Hercules autem apud Spartanos religioſiſſimè colebatur. *Plut. in Lac. Apophth.*

ANTAGORAS dicebat, ita vivendum eſſe hominibus, ut vivi laudabiles ſint, mortui autem beati judicentur. *Ant. in Meliſſi, part. 1. ſerm. 51.* Idem, quum auდიſſet, quantum ab hominibus ſubinde laudaretur, dixit: Quum multi me laudant, tum ne nullius pretii eſſe judico: quum pauci, bonum & egregium virum me eſſe puto. *Ant. in Meliſſi, part. 1. ſer. 51. & Max. ſerm. 43.*

Quum Hippodromos ſophiſte vehementer à Græcis applauderetur, multaque magnifica acclamarentur, in quibus illum æquabant Polemoni, Homericò verſu reſpondit: *Quid me immortalibus æquas?*

Simili & candidi hominis laudem reportans, qui Polemonem tam præclaro teſtimonio ornari: & modeſtiam, qui laudem invidioſam repulerit. *Philof. in Sophiſt.*

PINDARUS cuidam commemoranti, quòd ipſius laudes ubique prædicaret: Ego, inquit, pro iſto officio bonam repono gratiam, efficiens, ut vera prædices. Vera virtus nihil moratur hominum laudes. Eas qui prædicant, plus debent iis, quos laudant, quàm ipſi debent, qui laudantur. *Eraſ. l. 6. Apophth.*

DRONYSIODORUS gloriari ſolebat, quòd nemo plauſus ſuos auდიſſet, neque in thremiti, neque ad fontem, quemadmodum liſtinae. Sentiens, ſe nunquam captiſſe plauſus fordidiorum & imperitorum; ſed ſat habuiſſe, probari paucis erudiſtis. *Ita Laer. in Cratete. Eraſ. l. 8. Apophth.*

ÆGILLAUS dicebat, ſibi jucundum eſſe laudari ab his, qui non verentur & vituperare, ſi quid diſpicuiſſet. Tales enim ſi quid laudant, iudicio laudant, non metu, aut adulatione. *Plut. in Lacon.*

HECTOR à patre laudatus ob ſingulares animi virtutes: Lætus ſum, inquit, laudari me abſte, pater, laudato viro. A malis enim laudari, non laus, ſed decus eſſe putatur.

ANTISTHENES audiens ab improbis quibuldam ſe laudatum eſſe: Veror, inquit, ne quid imprudens fecerim mali. Sentiens, à talibus neminem laudari, niſi ob inſignia malefacta. *Laer. l. 6. c. 1.*

PHOCION, quum aliquando apud populum dicens ſententiam, videret ab univerſis eam accipi, & ſe laudari, converſus ad amicos: Num nam, ait, aliquid imprudens male dixi?

MENEDEMUS, quum auდიſſet, ſe frequenter ab Alexino laudari: At ego, inquit, illum ſemper vituperor: declarans, ne poſſe corruptum laudibus, quòd minus eum reprehenderet, qui reprehentione dignus erat. *Eraſ. l. 6. Apophth.*

ÆGILLAUS dicebat, non minus laudatoris inſpiciendos eſſe motes, quàm ejus qui laudatur. Significans, pertràto contingere, ut aliquis, quæ moribus ſuis contraria ſint, laudare velit; ſoſtitantque etſi aliter videretur, perſæpè ex laudationis ingenio poſſe ejus quoque motes, qui laudatur, agnoſci. *Fulg. lib. 7. c. 2.*

LACON quidam, cum Charilaus Rex laudaretur: Quoniam, inquit, modo bonus eſſe vir poſſet, qui ne in malos quidem acerbus eſſet? *Plut. in Apophth.*

PHAVORINUS eam laudem, qua quis alium, ſui commodi gratia, proſequitur, nullam fidem meteti dicebat. *Stob. ſerm. 14.*

PLISTARCHUS, cuidam referenti, ipſum à maledico quodam laudari: Demitro, inquit, ſi quis illi dixit, me mortuum eſſe. Nam ille de vivo bene loqui poſſet nemine. Non delectatus eſt vir generoſus laude, quæ à viro illudatò proficiſcebat. *Plut.*

ARISTOTELIS de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare ſe vani, vituperare ſtulti eſſet. Cujus diſcritium in morum puerilium inſtitutionibus etiam hoc carmine aperitiſſimè expreſſum eſt: *Nec te collaudas, nec te culpaveris iſſe: Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.*

XENOPHON dicebat, unicuique laudem ab aliis proſectam ſuaviſſimam eſſe auditu: aliis autem eam eſſe moleſtiſſimam, quam ſibi qui ipſe tribuit. *Plut. de ſui laude, & c.*

Quod tamen non ſine exceptione intelligendum eſt, ut eodem libro variis argumentis & exemplis, *Plut. demonſtr.*

Multi pauperatam, imperiticiam, atque adè ignobilitatem inter ſuas laudes dum conſtituntur, invidiam retundunt. Sic Agathocles aurea pocula & calata præbibens adoleſcentibus, juſſit etiam ſicilia proferri: & tunc, inquit, reſt affiduitas laboris, ac tolerantia, & fortiſſimo nos olim lutea, nunc aurea faciunt pocula. Etiam Agathocles, qui ob

obſcuritatem generis, & egreſſatem, credebatur in ſigili officina educatus, poſtmòdò regnum totius prope Sicilia obtinuit. *Plut. arch.*

CATO Uticeniſis fiducia ſui elatus, ut hoſtes Reipub. coereret, aliquoties ſeipſum laudat: Invideri ſibi dicens, quòd ſuis rebus neglectis noctes patriæ cauſa vigilaret. *Plut.*

ÆGILLAUS cuidam Perſarum Regem magnam appellanti, dixit: Ni juſtor, non major me eſt. *Plut. eod. lib.*

DIOGENES taxabat hominum vulgus, quòd bonos viros hoc nomine laudarent, quia pecunias contemnerent; nec interim imitarentur, quos laudibus extollerent vehementer: ſed pecunioſos magis ſequerentur, quos vituperabant. *Laer.*

SIMONIDES, quum cæteros laudando venaretur, ut aliqui darent, interrogatus, cur Theſſalos non captaret Stupidioreſ ſunt, inquit, quàm ut à me falli poſſint. Qui querunt, cui imponant, ad ſtupidos eunt. At qui tam erant ſtupidi, ut non ſentirent ingenium pocumatum illis, nec tangerentur amore nominis in poſteros tranſmittendi, non poterant ab illo falli. *Eraſ. Roterod. lib. 6. Apophth.*

DEMOSTHENES unus fuerat ex decem, quos Athenienſes legatos ad Philippum Macedonem miſerant. Itaque poſteaquam Æſchines & Philocrates, quos præcipuè fuerat complexus Philippus, à legatione reverſi, aliis multis nominibus prædicarent Regem, tum his præcipuè, quòd eſſet ſoſmoſus, facundus, ad bibendum ſtrenuus: Demotheſis ita cavillatus eſt, ut diceret, in his laudibus nihil eſſe dignum rege: nam primam eſſe feminatam, alteram ſophiſtarum, tertiam ſpongiarum. *Plut. & Eraſ. lib. 4. Apophth.*

ÆGILLAUS, quoties auდიabat aliquos ab aliis laudari, aut vituperari, exiſtimabat, non minus dicendos eorum motes, qui loquebantur, quàm eorum de quibus loquebantur. Senſit vir prudentiſſimus, eos qui alios contemnunt & vituperant, magis prodere morum ſuum, quàm detegere morbos alienos. Et qui ob reſ parum honeſtas laudant quempiam, aut ob laudabiles vituperant, indicare ſtultitiam ſuam, & perverſum iudicium. *Plut. in Lacon.*

CHRISTIANORUM.

Ex Apophthegm. per Laur. Beyerl. editis.

Quòd rebus fortiſſe geſſis honeſta ſubſequatur commemoratio, admodum laudabile dicebat Senec. & quamvis omnem laudem abominati ſunt viri prædices, nihilominus Joannes Pontifex, cum inſimulic à quodam laudaretur: Eſti, inquit, plurima mihi aſſingat, multum tamen hac laude oblector. Cur ita? quia per eam monetur, qualis eſſe debet. *Ex Em. Syl. lib. 1. de geſſ. Alph. L. Beyerl. in Apophth. Chriſt.*

Magna etiam ſui S. Greg. Pont. erga laudantes ſe modeſtia; nam quidam ſe mirificè extollenti reſpondiſſe fertur: Deum precare fratrem, ut his que de me prædicas, dignus efficiat: ſicut & tu dignus es, cujus opinio improbari non debet. Quare licet me tua commendatione inferioriſſimè agnoſcam, charitati gratias ago. Ita prudentiſſe Pontifex & laudanti ſe faciſcit, & humilitatis limites non exceſſit. *Ex Joan. Diacon. lib. 4. cap. 62. Idem.*

Haud parum eſt & exiguum, eſſe laudabilem, & laudari non leſed arduum & exceſſum. Quo in genere emicit ſupra alios Conſtantius Anchaonitæ Eccleſie Monachus: nam cum è longinquo terris quidam, eum videndi gratia, adve-niſſet, oſtentimque ſibi deſpexiſſet, eò quòd ſtatura eſſet miſſilla, & brevis: quaſi corporis virtutum animi virtutibus offere poſſet: Iriſtorum ſuum oculo excipiens, Quam lætor, inquit, quòd tandem nactus ſum hominem, à quo jure patvipendendus exiſtimor! Ego ſanè ut habui, ita & virtute paſſiſſum ſum. Quo factò didicoque ſatis declaravit, quantum ab humana gloriæ concupiſcentia abeſſet, qui ſic exultabat contemptus & irriſus. *Arſion. Etyll. 5.*

Sic qui favoris gloriam veri petit, Animo magis, quam voce laudari volet. *Ex Greg. Dial. lib. 1. c. 5. Beyerl. ſupra.*

CONſTANTINUM Magnum beatum dicebat quidam Antiſtes, qui hic in terris dignus eſſet, cui rerum ſummam committeretur, quique in cælis cum Dei Filio regnaret. At ſi ejuſmodi ſermonem indigne ferens: Noli, inquit, hac verba in vanum fundere: Deum potiùs orato, ut in hac & in futura vita, ejus famulatu inveniat dignus. *Enſep. de Vita ejuſd. l. 4. c. 8.*

Etiam inter hoſ ſibi locum & laudem vindicat Alphonſus.

LECTIONIS FRUCTUS ET VOLUPTAS. PE

EXEMPLA ET APOPHTHEGMATA.

DIOGENES ab Hegelia rogatus, ut ipſi libros aliquot commo-dato daret: Non ſapis, inquit Hegelia, qui quum caricæ non pictas, ſed veras eligas, vera exercitatione neglecta, ad ſcriptam te conſeras. Hoc dicto notavit eos, qui per omnem vitam nihil aliud quàm legunt philoſophorum libros, rectè vivendi præcepta continentes, cum virtus magis uſu diſcatur, quàm lectione. *Træpen Græcis anceps vox eſt, ſignificans ſcribere & pingere.* Itaque virtus libriſtis expreſſa, eſt quodam modo picta virtus. Abſurdum autem videtur, in caricis habere delectum, in virtute non item. *Laer. l. 6.*

ARISTIPPUS, cuidam jactanti ſe, quòd eſſet *πρόσωπῶς*, hoc eſt multiplicis eruditionis, quaſi nihil non didiciſſet: Quemadmodum, inquit, non hi qui plurimum edunt, excernuntque, melius valent hiſ qui ſumunt quantum opus eſt: ſic non qui plurima, ſed qui utilia legerunt, ſtudioſi & eruditi ſunt habendi. Graviter taxavit eos, qui tumulſaria immo-dicæ lectione ſemel ingurgitant: nec ea que legunt, traſciunt in animum, ſed tantum reponunt in memoria: quare nec doctiores evadunt, nec meliores. *Laer. l. 2. c. 8.*

DEMETRIUS Phalereus Ptolomæum regem adhortari ſolebat, ut ſibi pararet libros de regno, & deque militari imperio gerendo tractantes, eoſque diligenter evolvetet, propterea quòd ea de quibus amici non audent admonere reges, in libris ſcripta habeantur. *Laer. l. 5. c. 5.*

PLINIUS major dicebat, nullum eſſe librum tam malum, qui non aliqua parte prodeſſet. Verum dixit de his, qui non ut, ex quibuscunq; libris, ſi quid ineſt fugiſſerunt, excerpere. Sed ſunt, qui in libro quantumvis bono nihil veniunt, niſi quòd reprehendant. *Eraſ. l. 8. Apophth.*

ALPHONſUS audiens à quibuldam Cajetanis male literatis, M. Tullii ſepulchrum extrare adhuc juxta Formias (ſibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mola vocatur) in via Rom. veniſſis literis inſcriptum, ejuſ rei viſendæ percupiſus, ſtatim eum locum acceſſit, & ſentibus tubique primò tumulum purgans, moxque legere inceperans, non M. Tullii, ſed M. Vitruvii inſcriptionem invenit; qua lecta, vultu riſu ſolvens diſſiſe fertur; Cajetanos ex Minerva ſolum quidem accepit, ſed patientiam amiſiſſe. Conſtat autem, Alphoſum Ciceroniane lectionis tam ſtudioſum fuiſſe, neſſe, ut pertràto ejuſ, cædo affici poterit. *Panorm. lib. 1. de reb. ſoph. Alphonſi.*

LIBRARIOS aliquando in ludam literarum ingreſſus, peccit à ludimagiſtro Homeri Iliadem, cujus lectionem plurimum admirabat. At ludi moderatoꝝ cum ſe nihil Homeri operum habere affirmaret, inſiſit ei pugnium fatis dnum, dicens: Impetitus es præceptor, & tibi ſimiles diſcipulos facies. *Alian. lib. 3. de Var. hiſt. & Plut. in Apophth.*

ALEXANDER præter modum delectatus eſt Homero, ad eum ut illum ad verbum edidiciſſet, ac dormiens etiam cervicali ſuppoſitum haberet. Eum aliàs ſummum virtutis præconem interdum poetam & *αυτοίον* appellare conſuevit, cujus carmina cenſebat non ad citaram, ſed aliorum, ſed ad tubam potiùs eſſe canenda. Addebat illud, ſe malle Homeri Theſtrem eſſe, quàm Cherilli Achillem. Chetilus erat Alexandri Poeta non ſatis ſelix, qui fertur pactus, ut pro quoquo bono verſu acciperet Philippicum aureum, pro malo colaphum. Idem cum in Sigeo ad Achillis tumulum adſiſſet: O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inveneriſ! *Cic. in orat. pro Archia. Plut. in Alex.*

Cum ad Alexandrum Magnum ſcrinium delatum eſſet, in quo omnes ferè Darii Regis opes ſervate erant, & quaerere-tur, in quemnam uſum deſtinatum poſſit hæc, aliis aliud iſtaſcentibus, Alexander ait: Hæc optime ſervandus Homerus dabitur. Sentiens, nullam eſſe theſaurum illo pretioſiorem. Ad eò enim Homerica lectione delectabatur Alexander, ut raro depoſuerit manu ejuſ Poëſin. *Plut. in ejuſ vita.*

GORGAS, cum forte fortuna legiſſet Platonis dialogum ſui cognominis, qui Gorgias inſcribitur, diſſiſe fertur: *ὦ μάκαρ ἰδὲ Πλάτων τῶν λόγων.* Ut pulchre novit Plato jambiſſare, hoc eſt, mordere. Nam is pes primum ab Archilocho, niſi fallor, reperitus eſt ad maledicendum, inde & nomen habet, vel à muliere petulante, & baccha, vel à mittendis jaculis. Si quidem in eo dialogo proſcindit ſophiſtas, id quod nuſquam non facit. *Eraſ. l. 8. Apophth.*

THEOCRITUS ad ludimagiſtrum quandam male pronuntiantem accedens, rogavit: Qui ſit, quòd Gorgem tuam non doceas? Is cum reſpondiſſet, Quoniam ignoto: Quid tum dixit; nam legere quoque neſcis. *Stob. ſerm. 4.*